PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 216r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



est: et figulus figulo inuidet: faber quoque fabro ¶ Et iis qui cito obti-
nuerunt qui aut uix aut nequaquam consecuti sunt inuident
¶ Preterea iis qui si possideant aut si perficiant ipsis ob probrium
est: nam et ii prope similes sunt ¶ patet enim eorum causa bo-
num ipsos non consequi ¶ que res cum dolorem inferat inuidia
mouet ¶ iis etiam qui ea possident aut habent que ipsis
oportuit uel que ipsi aliquando possidebant ¶ Qua propter iu-
nioribus seniores inuident ¶ Ad hec qui multa iis qui pau-
ca eadem pro re consumpserunt ¶ Perspicuum etiam est quibus
isti rebus gaudeant et quibus hominibus qualitercumque se habentes
¶ Nam quemadmodum non habentes dolent in contrariis si sic se
habeant uoluptate afficientur ¶ Quare si et ipsis ut ita se
habeant preparentur et qui ut sui misereantur uel ut
boni aliquid consequantur rogant tales sint quales iam
dicti palam est quod non consequentur etc.

Capitulum undecimum de ~~inuidia etc~~ Emulatione

Quomodo autem se habeant emulantes et in quibus
et quibus hinc erit manifestum ¶ Nam si emulatio
est dolor quidam quoniam bona et honorabilia
que ipse quoque assequi posset nam similibus adesse ~~non quia~~ videant non quia alijs sunt
~~alijs sunt~~ sed quia non ipsi quoque ideo et probum quiddam emu-
latio est et proborum inuidia uero improbum et improborum alteri
enim ut ad consequenda bona se preparent emulatione con-
citantur alteri propter inuidiam proximis impedimento sunt
necesse est eos esse emulatiuos qui se hijs bonis dignos ar-
bitrantur que non habeant ¶ Nullus autem se dignum putat in
possibilibus si sit apparent ¶ Idcirco iuuenes atque magnanimi
huiusmodi sunt et qui ea bona possident quibus preclari
uiri digni sunt que sunt diuitie multorum gratia prin-
cipatus et huiusmodi ¶ Quasi enim suum sit bonos esse quo-
niam enim hec bona bonorum sunt emulantur in ipsis ¶
Preterea ii hi quos ceteri dignos arbitrantur ¶ et quorum
maiores aut cognati aut domestici aut gens aut pa-
tria preclara ii de hijs ~~enim~~ emulatiui sunt ¶ Qua enim